Kulczycki Consorci Reformat.

Kopyscynski Dubrawski et alii Inter-cisam inter se Roborant.

Quinta post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae Anno praesenti
praesentia praesentia confectam manibus Recognoscentium Trium tunc et Ho:
bilis Wasko Jaworski nomine unius Recognoscentis videlicet Nobilis Joan:
nis Jaworski scribere nescientis subscriptae et sigillatae in omnibus et
singulis eiusdem Intercisae Condonibus punctis clausulis articulis vadiis li:
gamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere et exe:
qui ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties
quoties opus fuerit satisfacere praefatam Intercisam ad Inscriptionem praesen:
tem et Inscriptionem praesentem ad praedictam Intercisam vicissim in toto refe:
rendo. idque sub vadio summae Trium Millium florenorum pecuniae polonica:
lis per Partem Parti cum Successoribus Partium suprascriptarum ob non
complecionem contentorum Intercisae praedictae tam in parte quam in toto
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio
modo praemisso ad solvendum succubito ac pro realiqua principali non comple:
ta complendaque praemissis citatis existens Parti una praemissa non tenentis
sive eius Successores ad Instantiam Partis alterius praemissa tenentis sive
eius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemissi sive etiam
Castrense Capitaneale Sanocense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in Primo citationis Termino tanquam perem:
ptorio stare Juri parere respondere vadium praetactum luere Inscriptioni
huic satisfacere ac omne judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos
Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera
infirmitate pro maiori minorenitate Successorum Legione intra vel extra
Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibus
Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultimo pro nos Terminos officii illius ad quod ex praemissis citabitur Dilla:
cionem sibi non recipiendo nullasque munes appellationes earumque prosequendas
faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus
suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventionique tum
aliis quibusvis Juris remediis ac defensis non subterfugiendo hanc suam
praesenti personali recognitionem ad praemissa omnia mediante.

Pegowski Humnickiemu Cedit

Comparens

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensi Capitaneali Prae:
misliensi Generosus Albertus Pegowski sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusque propriis et compe:
tentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemi:
sliensi quoad actum praesentem attinet secum Successoribus bonisque suis
quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo pacto
libere publice ac pro expressum recognitum. Quia ipse de omni et integro Jure suo
videlicet de Inscriptione Terrestri Sanocensi Debitorea sibi Recogno:
scentis per Generosam Annam de Pobidno Consortem Generosi Venceslai Hu:
mnicki de Humniska super summam Mille Ducentorum florenorum
pecuniae polonicalis modo simplicis debiti facta et recognita Inscri:
ptione eadem Debitorea suo in tenore de praemissis latiore Nec non de
Summa praefata in eadem Inscriptione expressa cum omni praemissorum Jure
proprietate ac quavis competentia et prerogativa cumque omnibus et singulis
Inscriptionibus praefatis Condonibus punctis clausulis articulis vadio ligamen:
tis ac nexibus quibus universis eidem Inscriptioni appositis summae quoque
praedictae utilitatibus et emolumentis quibusvis nihil ex praemissis Juris
proprietatis ac cuiusque competentiae et prerogativae pro se suisque successoribus aut
quoquam alio reservando seu excipiendo. Sed in totum et plenarie pro
praemissa omnia sibimet Recognoscentis serviebant ac se concernebant. Jam
exnunc et de facto praenotati Generoso Venceslao Humnicki eiusque
Dominis Concepta alias quoque praemissis omnibus plenaria et sufficienti satis:
factione cessit et condescendit pro praesentibus cedit et condescendit
omnem et integrum Jus suum sibi ad praemissa servientis in personam
praedicti Generosi Venceslai Humnicki Cessionarii sui et eius Postero:
rum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit pro
praesentibus transfert transfundit et incorporat. Per ipsum Cessionarium
suum et eius successores hoc idem Jus cessum praemissorum omnium cum uni:
versis beneficiis et prerogativis summamque praefatam cum eius utilitatibus
et emolumentis quibusvis tenendi habendi possidendi cum plenaria facul:
tate summam eandem tollendi levandi percipiendi de levata et per:
cepta quietandi eandemque ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitis